

## DCCCXIII

*Raimundus, Comes Gallaeciae, et uxor sua Urraca, Adefonsi imperatoris filia, paupertatem episcopi Cresconii et canonicorum Conimbricensium perpendentes, Monasterium Vaccariciense ac bona ejusdem omnia eis donant, unde necessaria habeant. Exemplar saeculi XIII, apographum sed authenticum, nobis textum praebuit. Ex alio apographo authentico saeculi XIV lectiones varias adjecimus. Exemplaria ambo, e scrinio Sedis Conimbricensis delata, in Publico Archivo inveniuntur.*

1094

Christus. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ego Raimundus Comes et vxor mea vrraca adefonsi toletani inperatoris filia cum in Ciuitatem Colimbriam uenissemus cognouimus de Episcopo domno Cresconio eiusdem ciuitatis et de suis clericis que paterentur multas necessitates et non habebant ullum<sup>1</sup> adiutorium ab aliquo hominum collatum et ideo nos humanitatis misericordia compulsi et propter amorem dei siue pro remedio peccatorum nostrorum facimus cartam testamenti ecclesie sancte Marie supradicte sedis episcopalis<sup>2</sup> de cenobio vacarize<sup>3</sup> quod est situm prope ipsam Colimbriam subtus Monte buçaco<sup>4</sup>. Damus ipsum supradictum cenobium cum suis cunctis adiectionibus que ad illum pertinent tam ecclesiasticis quam laycalibus in cunctis terris et locis ad subuencionem beneficii et adiutorium episcoporum et clericorum per temporum sucessionem in supradicta<sup>5</sup> sede<sup>5</sup> ecclesie sancte Marie habitancium Quatinus dum illi rebus a nobis temporalibus collatis aliqua ex parte sustentati fuerint nos quoque partem habeamus de orationibus illorum et de sacramentis et benedictionibus siue officiis cunctis que ibi facta fuerint et ut sancta dei genitris semper uirgo Maria cum omnibus sanctis quorum ibi<sup>6</sup> nomina et reliquie continentur intercedant pro nobis ante deum ut illorum suffragiis et meritis a cunctis emundati piaculis in Regnis mereamur habitare celestibus. Sit ergo hoc nostrum factum stabilitum et maneat iugiter firmum temporibus omnium seculorum. Si autem quilibet<sup>7</sup> Rex aut Comes seu cuiuscumque dignitatis et potencie homo illud irrumpere temptauerit non sit ei licencia sed conuictus legali censura de suis propriis facultatibus omne quod abferre uoluerit quadruplum tribuat eidem predictae ecclesie sancte Marie possidendum. Et hoc nostrum factum perhenniter obtineat uigorem. Si uero ille qui hoc illicitum attemptauerit<sup>8</sup> in hac pertinacia perseuerare uoluerit sit alienus a sancta ecclesia catolica et a comunione<sup>9</sup> corporis et sanguinis christi et separatus a societate fidelium christianorum et in hac presenti uita det illi deus ulcionem pro hac sanctorum iniuria. Si autem in hac mala uoluntate illo persistente mros (*sic*) eum rapuerit sit diabolus ductor illius anime ad mansionem iude traditoris<sup>10</sup> domini ubi perpetuas<sup>11</sup> paresque cum eo substineat penas. Nobis autem qui hoc munusculum prompta mente et benigno animo propter dei amorem conferimus et omnibus adiuuantibus hanc nostram uoluntatem concedat deus benedictionem et uite presentis felicitatem peccatorumque remissionem atque Regni celestis cum omnibus dei sanctis perpetuam mansionem per infinita seculorum secula amen. Facta est hec carta testamenti et confirmata adque super altare supranominate ecclesie sancte Marie utriusque manu oblata die idium Nouenbrium in Era c<sup>a</sup> xxxii post unam millesima.

Ego Ramundus<sup>12</sup> dei gratia Comes et totius Galletie dominus hoc donationis scriptum grato benignoque animo conf.

Et ego Vrraca ildefonsi inperatoris filia et Raimundi comitis vxor hoc scriptum similiter conf.

Floila didaci comes et Maiordomus supradicti comitis<sup>13</sup> conf. — Fredenandus raimundus veixilifer comitis conf.<sup>14</sup> — Comes<sup>15</sup> sanchus perez conf. — Petrus froilazi<sup>16</sup> conf. — Pelagius gudeteizi<sup>17</sup> conf. — Suarius nuniz conf. — Pelagius gutiniz<sup>18</sup> conf. — Hecas pelaizi conf. — Menendus benegas conf. — Gumici uenegas conf.

Dalmacius sancti iacobi depiscopus (*sic*) conf. — Amor lucensis Episcopus conf. — Petrus presbiter Magister supradicte filie regis conf. — Aluazil<sup>19</sup> domnus Menendus conf. — Suario fromariquiz<sup>20</sup> conf. — Mido cresconizi<sup>21</sup> conf. — Zacarias dauit conf. — Aloytrus<sup>22</sup> romanizi<sup>22</sup> conf. — Santinibus<sup>23</sup> iudex conf. — Petrus pelaiz conf.

1 nullum  
2 apiscopalis  
3 vacarize  
4 buçaco.  
5 supradicte sedis  
6 ubi  
7 quolibet  
8 atemptauerit  
9 comunione  
10 tratoris  
11 perpetuis  
12 Raimundus

13 deest  
14 deest  
15 Gomes  
16 froiliçi  
17 gudeteiçi  
18 gutuniz  
19 Aluaçil  
20 fromariquis  
21 cresconiçi  
22 Aloytus ramanizi  
23 Sancinibus

Canonici sancti iacobi qui presentes fuerunt :

Fidila recamundizi iudex et canonicus conf. — Segeredus presbiter et canonicus conf. — Oduarius archidiaconus conf. — Pelagius didaci et clericus conf. — Petrus astruarizi et diaconus conf. — Milites supranominatus comes — Arias nuniz conf. — Johannes didazi conf. — Gunterti nuniz conf.

Hec sunt nomina eorum qui presentes fuerunt — Colimbrianus floridi gutiniz test. — Viaricus didaci test. — Zolema<sup>24</sup> gotinici test. — Didacus roderici test. — Adefonsus flomariquiz test. — Recamundus test. — Arias menendiz test.

Didacus gelmirizi ecclesie sancti iacobi Canonicus et supradicti Raymundi comitis notarius hanc donationis paginam manu propria scripsi et una cum ceteris afirmaui et ad rei<sup>25</sup> uigorem signum meum injeci.

24 zolema

25 rey

DCCCXIV

*Pactum uenditionis partium quarundam quae uenditoribus in quibusdam praediis tam ecclesiasticis quam saecularibus, loco de Mindello sitis, pertinebant. Charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii servata, in Publico Archivo custoditur.*

1095

In dei nomine. ego egas monneonis et garsca monneonis et martinu monniz et animia monniz et bona monniz In domino deo salutem Amen. placuit nobis per bone pacis et uoluntas ut nullus quoque gentis imperio nec suadentis artigulo Nec pertimescentis metu Sed propria nobis accessit uoluntas ut facceremus ad tibi pelagio gunzaluz karta uenditionis sicut et facimus carta de hereditate nostra propria que abemus de auiorum nostrorum et parentum nostrorum. et habet iacentia ipsa hereditate loco predicto amenitello subtus mons castro boue territorio portugalensse discurrere prope litus maris. et uendimus nos a tibi ipsa hereditate sibe in aeclesia comodo illa laicalle comodo et comparatela uendimus ad tibi quinque nostras rationes que ad nos uenit de genitori nostro monniu fromariquiz et accepimus de tibi precium de uno kauallo c et l<sup>a</sup> solidos pro ipsa uilla tantum nobis bene conplacuit. concedimus a tibi ipsa erdate per suis terminis locis nouissimis et antiquis exitus uel regresus aquis aquarum et sesicas molinarum terras cursibiles uel incursibiles terras barbaras uel inruntas cum quantum in set obtinent et ad prestitum ominis est. Abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas tua temporibus seculorum. Siquis tamen quo nobis non credistis et aliquis homo uenerint uel uenerimus contra hanc carta uenditionis ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut noluerimus auctorgare que pariemus ipsa erdate dublata a uobis et quantum fuerit uobis meliorata uobis perpetim abitura. Facta karta uenditionis erit die vi idus iannuarii. Era r c xxx<sup>a</sup> m. <sup>a</sup> Nos nominatos ut supra a tibi pelagio gunsaluiz manus nostras R+++++o uoramus.

Qui pro testes — Monniu test. — Osoreo test. — Menendu test. — menendu test. — Pelagio test. — Gunzaluo pelaiz conf. — Arias presbiter exarauit.

DCCCXV

*Rodericus Honoriciz, quondam presbyter, ecclesiam Sancti Christophori prope villam de Ihauo et bona immobilia ad eandem ecclesiam pertinentia Sedi Conimbricensi donat, usufructu tamen sibi, dum uixerit, retento. Ex Livro Preto ejusdem Sedis descripsimus.*

1095

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego rodericus proles honorizi quondam presbiter nunc uero de ea dignitate deiectus sed habitu et uoluntate diuinis parere istitutis paratus facio kartam testamenti ad ecclesiam sancte marie sedis episcopalis sedis colimbrie de ecclesia que uocatur sancti christofori in supradicto episcopio ad occidentalem plagam in ripa maris ubi uocant ripas altas inter uillas sociam et ilauum. Et sunt termini ipsius loci. primus terminus orientalis ubi dicunt serra et uadit ad illud herbedale de iliauo prope uiam colimbrianam et inde ad illud furnum tegularium ad partem aquilonis usque ad aquam maris. Terminus australis ex loco ubi nascitur

D. et C. Tom. I.

122

fontanus quem uocant foriolum per ipsam aquam usque ad mare. Concedo omnia que concluduntur infra hos terminos ad integrum siue abrupta siue non abrupta et omnia que ibi edificauit et plantaui in cunctis generibus plantacionum et illum fontanum qui ibi est conclusus qui descendit de illa serra et uadit circa ipsam ecclesiam et loca que in eo sunt conuenientia ad faciendos molinos propter amorem dei et pro remedio peccatorum meorum ut sint hec aliquod in adiutorium habitantibus in supradicta sede et mihi sit pars oracionum et oblacionum quas illi deo obtulerint pro peccatoribus. Et tamen racione seruata ut omnia hec me uiuente in meo iure permaneant usu fructuario ad sustentacionem meam per iussionem et benedicionem episcopi domni cresconii supranominati loci et post meam mortem compleantur cuncta que in hoc testamento scripta sunt. Si autem cuiuslibet generis aut dignitatis homo hoc meum factum infringere temptauerit non sit ei licentia per ullam accionem et pro sola temeritate de suis propriis facultatibus tribuat eidem sedi omnia duplata que auferre temptauerit et sit maledictus a deo et excommunicatus a sancta ecclesia catholica et a corpore ac sanguine christi extraneus et in profundo inferni socius iude traditoris christi domini si ab hac stulticia mentem suam non reuocauerit. Sciendum namque est quod cum rex domnus fernandus accepisset colimbriam et restituisset omnes has partes christianis dedit eis auctoritatem edificandi et plantandi et apprehendendi hereditates possidendas filiis et nepotibus cunctisque eorum generacionibus in omnibus seculorum temporibus. Deinde eo mortuo surrexit in regnum filius eius rex domnus adefonsus qui similiter auctoritatem patris firmavit. Ista igitur auctoritate confissus ingressus sum et ego densissimam silliam que ab antiquis temporibus habitaculum erat bestiarum et expendi omnes facultates meas hedificando ea omnia que supra scripta sunt. Postea precauens ne aliquis umquam captus cecitate cupiditatis aliquam mihi molestiam conaretur inferre accepi litteras priuilegii mei operis faciendi mihi inde secundum meam uoluntatem a consule domno sesnando quem rex preposuit principem terre illi. post cuius mortem similiter accepi litteras de manu comitis et signa domni raimundi genus regis ad confirmacionem possessionis meae. Hec autem hic intromissi non superflue sed docte ut notum sit qualiter ego hereditatem ipsam acquisierim quatinus impediendi aditus omnino maliuolis degenetur. Factum est hoc testamentum et oblatum super altare sancte marie pariter et in manu episcopi domni cresconii die iii kalendas Marcii luna xviii In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxxiiii Qui est a natiuitate christi annus millesimus et nonagesimus quintus. Anno episcopatus supradicti presulis m<sup>o</sup> Mense x<sup>o</sup> die mensis xii. Anno imperii supradicti regis domni ildefonsi xxx<sup>o</sup> Mense m<sup>o</sup> m<sup>a</sup> die mensis. Ego supradictus rodricus hoc quod sponte fieri uolui propria manu offerendo stabiliui faciens hoc sig<sup>+</sup>num.

Martinus prior adfuit — Petrus tolosanus presbiter adfuit — Petrus iulianiz presbiter adfuit — Iohannes presbiter adfuit — Sesnandus diaconus adfuit — Salomon presbiter scripsit — Alter pelagius subdiaconus adfuit.

Fernandus presbiter adfuit — Petrus gunsaluiz presbiter adfuit — Gondesindus presbiter adfuit — Martinus diaconus adfuit — Petrus leuita adfuit — Pelagius subdiaconus adfuit — Fernandus balistarius test.

Iohannes maruaniz test. — Zalama aluariz test. — Fernandus balistarius test. — Christoforus test. — Pelagius petriz test. — Acolitorum nomina — Petrus. erus. ordonius. pelagius.

## DCCCXVI

*Monasterio de Leça donat Gundisalvus Aaroniz partem fundi quam in villa de Recaredo, jure hereditario a proavis suis acceperat posteaque donationi domus, arbores, et animalia addit. Charta autographa, in scrinio Conimbricensis Sedis olim servata, in Publico Archivo inuenitur.*

1095

In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis ego gundisalvus presbyter proles aaron placuit michi propter amorem dei et pro remedio peccatorum meorum facere cartam testamenti sicut et facio ecclesiæ dei sancti saluatoris quæ est sita in uilla quæ uocatur leza territorio portugalensi subtus montem qui dicitur custodias secus fluuium lezam. Concedo supradictæ ecclesiæ hereditatem meam quam habeo in uilla recaredi quæ est coniuncta ipsi ecclesiæ et fuit ipsa hereditas matris meæ siue aui atque abauit et proauit qui eam optinuerunt antiquitus hereditaria apprehensione ex quo christiani possederunt supradictam patriam. Et est hodie in meo iuri pacata absque omni perturbatione in ipsa uilla ex quarta parte tres quartas partes integras illic offero ad subuentionem aliquantulæ expellendæ inopiæ a sacerdotibus et clericis in eodem loco canonica institutione per episcopi arbitrium commorantibus ut michi adeo indulgentia peccaminum illo miserante donetur. Est autem extensa usque ad omnes terminos lezæ et recaredi. Sit igitur tradita ipsa hereditas ex isto die supranominatæ ecclesiæ. Si uero quilibet de propinquis meis seu de extraneis hoc meum factum infringere temptauerit frangat illum deus maledictione pessima et sit illi participatio cum diabolo in penis inferorum si eius audacia inreuocabilis extiterit et insuper con-

nictus iudiciali districtione de suis propriis facultatibus eidem ecclesie duplatum conferat omne quod auferre inde uoluerit et hæc mea uoluntas firma semper maneat. Facta est hæc carta testamenti die sabbati v nonas marcias Luna xx<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> In era r c<sup>a</sup> xxx<sup>ma</sup> iii<sup>a</sup> sub consensu domni cresconii colimbriensis anno pontificatus illius iii<sup>o</sup> anno autem imperii regis domni adefonsi xxx.<sup>o</sup> Ego supradictus gundisaluus hoc quod prona mente et sana uoluntate scribi iussi confirmando propria manu hoc signum subscripsi+ et super altare simulque in manu supradicti episcopi posui offerens deo. Et ibi adicio quod superius fuit in obliuione scribere quia do in illa domos et plantationes multas et quantum in illa apprestitum hominis est et duos boues et unam uacam.

Cresconius episcopus in manu mea roborem accepit et ego subscripsi+.

Martinus prior adfui et subscripsi — Petrus tolosanus presbiter subscripsi — Iohannes presbiter adfui presens.

Petrus presbiter adfui — Gondesindus presbiter et monachus adfui — Item alius petrus presbiter adfui — Fernandus presbiter nomen meum scribi iussi me presente.

Martinus diaconus adfui — Petrus diaconus adfui — sisanandus diaconus adfui.

Subdiaconus tellus — Pelagius subdiaconus.

Ordonius exorcista — iulianus exorcista — Pelagius exorcista — Erus exorcista.

Ex laicis testes qui subscripti sunt — Vimara test. — Didacus test. — Nunnus test. — Erus test. — Ouecus test.

Pelagius cartæ huius scriptor.

## DCCCXVII

*Ecclesie Sancti Salvatoris Conimbricensi et Vaccaricensi Monasterio Baillessa atque filii sacellum in loco Palhaes donant. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1095

**Testamentum factum ad uaccariza et ad sanctum saluatorem de colimbria**

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego baillessa una cum filiis meis tedon ramiriz et louegildus ramiriz et adosinda ramiriz et speciosa ramiriz placuit nobis propter amorem dei et pro remedio peccatorum nostrorum et parentum nostrorum et pro remedio anime mariti mei qui fuit pater filiorum meorum facere cartam testamenti sicut et fecimus ecclesie sancti saluatoris colimbrie et monasterio sancti uincetii de uaccariza de illa heremita quam uocitant sanctus martinus de palhaes que est sita in territorio colimbrie subtus monte uiminaria prope uillam de arias menendiz. Damus et concedimus supradictis ecclesiis illam heremitam que uocatur sanctus martinus quam habuimus ex parte parentum nostrorum et auum nostrorum qui eam obtinuerunt antiquitus hereditaria apprehensione ex quo tempore christiani possederunt supradictam patriam per suis terminis antiquis cum suis terris cultis et incultis et cum sua intrada et cum sua exida et cum suis aquis et pascuis ut eam habeatis ab isto die in perpetuum. Et isti sunt termini. Ad aquilonem quomodo spartit per illum fontanum qui currit iuxta uillam de arias menendiz et uadit ad illam apresoria de uia coua Ad orientem quomodo spartit per illa uia de strada et uadit ad illum fontem de illo forno tegulario Ad affricam quomodo spartit cum illis terris de creisemiris quas tenet domnus belith Ad occidentem quomodo spartit per illa strada de uiminaria quomodo uadit per illum montem et descendit ad illum fontanum unde primitus incoauimus. Sit igitur tradita ipsa heremita ab isto die in antea supradictis ecclesiis et si aliquis ex nobis seu de propinquis nostris uel de extraneis hoc nostrum factum infringere temptauerit non sit ei licitum sed pro sola temptatione quantum auferre temptauerit tantum supradictis ecclesiis in quadruplum componat et domino terre aliud tantum et ad iudicem terre iudicatum Et insuper sit maledictus et excommunicatus et a liminibus sancte ecclesie dei sit separatus et cum iuda traditore in infernum habeat societatem et hoc nostrum factum semper habeat uigorem. Facta carta testamenti die sabbati v<sup>o</sup> nonas marcias Luna xx<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> In Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> sub consensu episcopi domni cresconii colimbriensis et dominante abbate cenobii uaccarize Regnante autem imperii regis domni ildefonsi. Nos supradicti hoc quod prona mente et sana uoluntate scribere iussimus confirmando propriis manibus hec signa subscripsimus++++ et super altare sancti saluatoris simulque in manu salomonis abbatis imposuimus offerentes deo.

Sendamirus presbiter adfuit — Tructesindus presbiter adfuit — Teodemirus presbiter adfuit — Arias presbiter adfuit.

Suarius diaconus adfuit — Iohannes diaconus adfuit — Martinus adfuit — Arias exorcista adfuit.

Pelagius adfuit — Floride godiniz adfuit — Samesson adfuit — Arias test. — Viliulfus test. — Fromarigus scripsit.

## DCCCXVIII

*Pactum venditionis sextae partis praedii in villa de Gondomar. Ex codice, qui titulum prae se fert Tombo de S. Simão da Junqueira, Liv. III, descripsimus.*

1095

In Dei nomine. Ego Eldolça Menendiz in Domino Deo eterno amen. Ideo placuit nobis per bona pacem et voluntatis asto animo et propria nostra voluntate, nullius quoque gentis inperio nec suadentis artigulo, non per vim non per strita non per metum sed propria mihi accessit voluntas et spontanea nobis atributa est auctoritas, ut per scripturam firmitatis facere vobis Tructesindo Atuniz et uxor tua Gotina et Menendo Atuniz scilicet et facimus kartula venditionis de hereditate mea propria que abemus in villa quos vocitant Gondomar subtus montes Castro Gondomar discurrente flumine Durio territorio Portugalense; et abe jacentia ipsa hereditas in loco nominato in casal de Meurando et in Villa Gondomar damus adque concedimus de ipsa hereditas sexta integra per ubi illa potueritis invenire per suis locis et terminis novisimis et antiquis quomodo obtinuerunt illa Patres nostri vel Avii nostri. Damus vobis illa per ubi illa potueritis invenire, pro que accepimus de vobis pretio in pleno uno kavallo apreciato in quadraginta et quatuor modios et una asina cum suo pullo in viginti modios et uno manto in sex modios et undecim solidos; tantum nobis bene complacuit et de pretio apud nos nichil remansit in delitum vos nobis didisti et nos de vobis coram idoneis testibus accepimus. Ita et de hodie tempore sit ipsa hereditas de juri nostro abrasa adque sublata et juri vestro sit tradita adque confirmata: abeat vos illa firmiter et omnis posteritas vestra juri quieto temporibus cuntis et seculis sempiternis. Siquis tamen eo minime credimus fieri aliquis homo veneri aut venerimus contra hanc karta ad inrumpendum eam executaberit aut inrumpere quesierit aut aliquam subpositam malam inserere quesierit aut aliquam scripturam priorem aut posteriorem vel ejus contraria sub posteriorem et nos in iudicio aut vos in voce nostra defendere non potueritis vel potuerimus que pariamus vobis aut ad partem qui vocem vestram pulsaverit ipsa hereditate duplata et quantum ad vobis in ea fuerit melioratam. Facta karta vendicionis et firmitatis sub die quod erit sexto Idus Abrilis, era milesima centesima trigesima tertia. Ego Eldolça Menendiz ad vobis Tructesindo et uxor tua Gotina et Menendo ad vobis in hanc kartula uendicionis manu mea r+obor—. Pro testibus Sudario testis, Alvito testis, Gundisalvo testis, Tructesindo testis, Martinus Monacus notuit.

## DCCCXIX

*Monasterio S. Isidori, in villa de Eixo sito, legat Zoleiman Gundisalviz dimidium bonorum suorum praediumque quodam integrum, usumfructum tamen retinens, ut Zoleiman Raupariz, sororis filius, dum vixerit habeat. Usufructuarius autem, in eisdem tabulis testamento avunculi donationem pomarii et bonorum quorundam mobilium addit. Charta autographa, e scrinio Laurbanensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1095

In nomine genitoris genitis simulque anbobus (?) procedens spiritus sanctus qui est trinus in unitate et unus in deitate et uniuersa colligitur creatura cui famulantur uniuersa celestia descriuunt et etiam et terrestria ad cui inperium ueniunt maria ad quod creata sunt omnia qui ante mundi constitutione deposita qui hominem ex limo plasmaui et in fine seculorum formam serui adsumsit per passionem propria sanguinem umanus genus de morte redemit et postea in gloria resurrexit misit sanctos apostolos suos predigare euangelium in uniuersum mundum fidem catholicam confirmaui credentes in eum non derelinquit ex quibus noster unus ex ceuedei filius spania sortiuit ut de tuis redas fructum in die iudicii domini nostri ihesu christi. Ideo ego famulum dei zoleimam gundisalviz audiens scriptura diuina oragula adinplendum aliquantulum cupiens homnipotenti deo eternum puris mentibus de quod nobis adtribuit redere uenit per spiraculum cordis nostri pro remedio anime meae et parentum abiorum meorum et sub tuo sancto nomine et eximie trinitatis facimus testamentum in onore sancti salbatoris sancte marie uirginis et homen (sic) eorum apostolorum eorum reliquie quod scripta sunt in loco sancti issidori que est fundatum in uilla exo subtus ciuitas marnele discurrante riolum uauga territorio colinbriense damus ad descriuendum ad ipso loco sancto mediatate de ereditate que abeo de parentum abiorum meorum que abeo odie die que in alias kartas non resonant et mediatate de ereditate que fuit de flauiano gentoniz connomento cidi. Damus ad

seruendum pro tolerantie fratrum et monachorum qui ibidem habitantes fuerient (*sic*) et uita sancta perseuerauerint et non sedeant licitus uindere nec donare ad nullum seculare hominem nisi teneant illam sanam et intermerata post parte ipsius locis (*sic*) sancti issidorii et abeat illa sobrino meo zoleimam raupariz siue æglesia siue leigal in cunctis diebus uite sue et post obito suo remaneat illa sana ad qui uita sancta perseuerauerit et siquis homo aut unus ex sanguinibus nostris qui oc factum nostrum infrigeri uoluerit franga illi deus autaciam suam in primis sit excomunicatus ad corpus domini nostri ihesu christi sit separatus et inferni profuntus dimersus et cum iuda traditore abeat participium in eterna damnationem et propter damna secularia pariat post parte regis aut potestas qui illa terra inperauerit dua auri talenta et hunc factum nostrum semper plenam obtineat firmitate et rouore in perpetuo (*sic*). facta serias testamenti die erit xv<sup>o</sup> kalendas agustas. Era m c xxxiii.<sup>a</sup> Ego zoleimam gundisalbiz in ac seria testamenti manum mea rouor + o.

Hic sunt testes. Didagu test. Gendon test. Osorco test. Gunzalbo test. Danit test. Odario test. Pelagio test. Petrus notuit.

Et ego zoleiman roupariz adicio hic in ipsius testamenti illo meo pomar que ego plantaui in illa ereditate de illo testamento que fuit de meo tio dom zoleiman et ipso meo uallato deante illa ecclesia ubi illa mea uinea plantaerat et illo calicem meum de illo argento et illa crucem de argento que fuit de meo tio et illo meo misual et illa uestimenta de illa ecclesia tota et illo ordinum bonum et uno psalterio bonum sic deseruiat totum ad sancti issidori ubi ego illum totum concedo. et qui inde aliquid abstullerit pariet illum in quadublum et abeat partem cum iuda dei traditor in eterna damnatione et oc testamentum semper plena abeat rouore et obtineat firmitate die erit xiii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era millesima c xxxviii.<sup>a</sup> Ego zoleman roupariz in hanc series testamenti manum mea ro + uoro.

Ic testes nodario test. gendon test. menendo test. aluito test. gunzalbo test. Gundisalbo quasi presbiter notuit.

---

DCCCXX

*Froia et Auria uniuscujusque bona, tum mobilia, tum immobilia, inter se communia reddunt, paciscunturque ut ille qui supervixerit ex eisdem bonis ecclesiam episcopalem Conimbricensem heredem faciat. Sumpsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1095

**Carta benefacti**

In dei nomine. Ego froia et auria in domino deo eterna salutem amen. Ideo placui nobis per bona pacis et uoluntas ut faceremus inter nos unus ad alius kartam uel benefatis de omnia rem que abemus et abuerimus siue casas siue uineas siue hereditates siue pannos siue iumenta siue tota rem uel quantum aprestitum ominis est que abeamus comuniter in uita nostra et post obitum nostrum ille qui remanserit abeat et possidea totum et seruit ad ecclesia pro animas amborum et non amita super se nulla forma hominis et nostrum post obitum nostrum torne illa rem et illas hereditates que sursum resonant ad ecclesia sancta maria pro remedio animas nostras. et si inde unum ex nobis aliter fecirimus (*sic*) ipse qui exierit careat inde sua ratione et insuper pariat i. solidos et iudicato. Facta karta uel benefactis die quod erit xv kalendas Agustas. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xxxiii.<sup>a</sup> Ego froia et auria in hanc karta benefactis manus nostras proprias r + + ouoramus. Qui presentes fuerunt — Gondisalu test. — Pelagio test. — Aluit test. — Petrus presbiter notuit.

## DCCCXXI

*Descriptimus ex libro regestorum Monasterii Araucensis qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins prae se fert.*

1095

**Carta de hereditate quam habet monasterium in fornus de paula  
in uilla que dicitur fostios**

Micael presbiter una cum fratribus meis de sancto iohanne riba dorio plazum facimus ad uobis domno gutino et fratribus tuis de sancto petro arauca m̄ idus septembris Era m̄ c̄ xxx̄ m̄ pro parte de ipsa hereditate qui dedundata uilla fostios iuxta casa de ueila armentariz uno petazo sub illo rego ad illa fonte de menani et alio petazo ad illa fonte de don flagino que foi de godegia unde habuimus inter nos altercatione et peruenimus inde ad iudicio in palatiolo ante iudice sudario froilaz et iudicauit quod dedisset domno micael v homines et firmasent illa hereditate in presentia de pelagio petriz et per manu sagione cidi irigiz. et quando uenimus ad diem definitum in sancto pelagio fornus et deuenimus inde ad compagina de amborum parte quod deuideamus ipsos petazos per medium medietate ad sancti pelagii fornus et medietate ad sancto iohanne de riba dorio subtus mons serra sicca. et proinde facimus plazum ad uos fratres de sancto pelagio et de sancto petro ut de hodie die indente que non nos non alios homines in uoce nostra de sancto iohanne de riba dorio calumniemus uobis medietate de illos petazos ambos. Et si inde aliter fecerimus quod pariamus illa hereditate dublata et l solidos et iudicato. micael una pariter cum fratribus nostris in hoc plazo manus nostras ro+uoramus. pro test. didago test. arias test. menendo test. Iohanne scripsit.

## DCCCXXII

*Diuitis pollens vir, Egas Moneoniz, liberorum expers, tertiam partem bonorum suorum Monasterio S. Joannis (de Pendorada) olim testamento legauerat. Denuo uero, de aliis duabus partibus codicillis statuens, heredem sororem suam Ermesindam instituit, cauetque ut, si forte filii ei supervenerint, in paternas opes succedant, tamen sub amitae tutela. Charta autographa (ubi, post uerba do uobis inde duas partes, linea, rasuris ablata, deest) in tabulario ejusdem Monasterii S. Joannis ab antiquo servata, in Publico extat Archivo.*

1095

Christus. Egas moneonis ad uobis iermana mea domna ermesinda placitum uel benefactis facio uobis die erit xi kalendas octobris era r̄ c̄ xxx̄ m̄ de omnes meas hereditates quantasque abeo de parentorum meorum seu et de ganantia. do uobis inde duas partes Et illa tertia que confirmaui ad aula sancti iohannis in testamento pro remedio animæ meæ que teneatis illas sanas et intemeratas. Et do uobis illas pro multum seruitium bonum que michi fecistis et uestrum ganatum multum que michi tradidistis que michi bene conplacui. Et non habeatis super illas licentia ad uendere nec cambiare nec donare nisi stent saluas sicut iam dixi. Et si abuerim semen quanti steterint ad uestro consilio et non exierint de illo quando bene uideritis quia est merescente rouore uobis placitum de illa sua parte que teneat illa de uestras manus sana et intemerata et non habeat licentia a uendere nec cambiare nec testare nec in parte aliena extraniare nec a sua matre nec a germanos nec a nullo propinquis sicut in illo testamento de sancto iohanne resonat. Et si extincte fuerint mea semen tornent illas ab integro ad illum testamentum que superius diximus. Et si aliquis homo uenerit ad hanc factum nostrum ad inrumpendum de qualibe parte fuerit pariet post parte testamentum et uestra quantum inrumperit in quadubro sicut in sententia canonica docet et ad illa potestas qui illa terra imperauerit alium tantum conponat etiam et sagionizio. Egas moneonis ad uos domna ermesinda in hoc placito uel benefactum manu mea r+uoro.

Qui preses fuerunt — Comice osoriz confirmo — Monio osorizi confirmo — Suario gundisaluiz confirmo — Pelaio iulianiz confirmo — Pelaio pelaiz confirmo — Eximinus abba confirmo — et omnes fratres de sancto iohanne confirmant.

Pro testes — Midu testis — Pelaio testis — Segnor testis.

Iohannes scripsit.

## DCCCXXIII

*Lite incepta inter Gundisalvum Gutierrez, qui dominium cuiusdam fundi, in villa Sirqueiros, sibi vendicabat, et possessores ejusdem fundi, ii tandem se injustos detentores fatentur. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1095

Christus. Ut in cunctis diebus permanentibus notum sit Eo quod orta fuit intentio inter gunzalbo gutierrez et atan froilaz et pelagio menendiz et gunzalbo fredenandiz et fredenando eitaz in uoce de illorum mulieres super ereditate de uilla sirqueirus que fuit de domno menendo gunzalbiz que ille ganauerat ibi et ad morte de ipse domno menendo preserunt ea ipse atan froilaz et pelagio menendiz et alius suos credes et tenuerunt ea usque odie. Modo uero uenit ipse gunzalbo gutierrez in sancta maria et presi inde cum illos iudicio. illos autem non potuerunt illi respondere sed tornarunt ad rogo et cum omnes bonus que reddant ad ipse gunzalbo gutierrez illa ereditate pagata sine ullo contentio et sic quomodo illa inuenerit cum tota sua omnia que in ea est sicut et dederunt illi et que rouorassent inde ad illi agnitio sicut et rouorarunt que amplius non calumnient ea in nullisque temporibus. et fuit illa ereditate de froila cendoniz et de rodorigo gartia et de sua mulier super que fuit illa intentio.

Hobinde ego atan froilaz pro me et pro eredibus meis et pelagio menendiz et uniscu menendiz et iulia menendiz et geluira menendiz et menendo menendiz placitum uel agnitio facimus ad uobis gunzalbo gutierrez die erit viii<sup>o</sup> kalendas ianuarii era millesima cxxx<sup>a</sup> m<sup>a</sup> pro parte de illa ereditate de sirqueirus quos fuit de domno menendo gunzalbiz que ibi abuit unde nobiscum abuistis baralia que nos teniamus per contentio. et uoluistis uos abere pro illa iudicium et nos non uoluimus sed rogamus uos proinde et integramus uos de illa sic quomodo illa inuenistis cum tota sua prestantia que in ea est que amplius non calumniemus uos pro illa non nos neque posteritas nostras in nullisque temporibus per nulloque actio unde uos impedimentum abeatis et si inde aliter fecerimus et isto placito uel agnitio excederimus qui pariemus post uestra parte aut de uestra persona quantum inquietauerimus uel inquisierimus dublata uel tripata et ad potestas qui illa terra imperauerit alio tanto in iudigato. Nos superius nominatus atan froilaz pro me et pro eredibus meis et pelagio menendiz et germanas meas uniscu et iulia et geluira et menendo menendiz in hoc placito uel agnitio manus nostras ro++++uoramus.

Ic testes — midu midiz — pelagio petriz — munniu zidiz — zalama uenegas — arias sagudiz — ic testes sumus.

Aluaro telliz quos uidi — Gudino tructesindiz quos uidi — Piniolo garcia quos uidi — Gundisalbo presbiter notuit.

## DCCCXXIV

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descripsimus.*

1095

**Testamentum de medietate ecclesie sancte marie de monte maiore**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego uermudus presbiter propter amorem dei et pro remedio peccatorum meorum facio cartam testamenti ad ecclesiam sancte marie episcopalis sedis colimbriensis de medietate ecclesie sancte marie quam ego a fundamento edificauit in castello quod uocatur mons maior circa interiorem murum ad australem partem. Supradictum autem castellum cum esset funditus euersum a sarracenis ex multis temporibus et esset ibi cubile ferarum et silua ingens dedi rex domnus adefonsus imperator totius hispanie potestatem domno sisnando consuli colimbrie ut restauraret illud et popularet. Prefatus uero consul ex diuersis partibus beneficio et benignitate conduxit homines tam clericos quam laicos et dedit eis potestatem edificandi ecclesias et domos hereditario iure similiter autem et ortos et uineas ut omnia que edificare potuissent hereditatine possiderent concessa omnibus potestate et litteris confirmata relinquendi unusquisque suum edificium propinquis siue extraneis testandique ecclesiis iuxta uniuscuiusque uoluntatem et ordinationem. Tali modo ego edificauit ipsam ecclesiam et confero eam supradicte sedi prona mente et plana uoluntate et meo animo cum auctoritate domni crisonii supranominate sedis pontificis et racione seruata ut ego illam in omni mea uita de manu habeam

episcopi et clericorum eiusdem sedis causa beneficii et post meam mortem sit hec mea dispositio firma et omni robore stabilita omnibus seculorum seculis. Si autem quilibet uir seu femina de propinquis meis aut de extraneis cuiuscumque gradus aut potestatis hoc meum factum infringere et euertere temptauerit non sit ei licentia per ullam assertionem sed pro sola temeritate sit excommunicatus a sancta ecclesia catholica quandiu perstiterit in hac pertinacia et conuictus legali districtione quadruplum reddat eidem sedi de suis propriis facultatibus omne quod auferre uoluerit. et hoc meum factum plenam semper obtineat stabilitate. Facta est hec carta testamenti viii kalendas ianuarii. In era m.<sup>a</sup>c.<sup>a</sup> xxxiii. Ego supradictus uermudus presbiter propria manu et prona uoluntate coram multis et idoneis testibus illud roboratum super altare sancte marie pariterque in manu supradicti pontificis obtuli ex quibus paucorum nomina subscribere curauimus. Ego supradictus C. episcopus presens adfui et de manu eius accepi. Martinus simeonis prior adfui. Salomon presbiter adfuit. Erus archidiaconus adfuit. Petrus presbiter adfui. Alter petrus presbiter adfui. Iohannes presbiter adfui. Poncius presbiter adfui. Sisnandus diaconus. Petrus diaconus. Et subdiaconi Tellus et pelagius. Accoliti uero Petrus Erus Iulianus et pelagius. Et cuncta congregatio laicorum qui aduenerant ad ecclesiam. Pelagius scripsit.

## DCCCXXV

*Petrus, abbas, Ecclesiam S. Juliani, ad ostium fluminis Mundae sitam, in loco quem hodie Figueira da Foz dicimus, bonaque, juraque ad eandem ecclesiam pertinentia Sedi episcopali Conimbricensi sive legat, sive donat. Charta autographa, e scrinio ejusdem sedis in Publicum Archivum delata, ibi extat. Circa uerba, quae italicis, ut uocant, litteris uulgamus, inutile quid animadvertendum non erit. Apographum hujus donationis exemplar, saeculo XII labente, uel XIII ineunte descriptum, etiamnum in Publico Archivo custoditur. In codice, itidem, qui titulum Livro Preto prae se fert, eadem tempestate conflato, inclusam eandem donationem inuenimus. Utroque, attamen, exemplari uerba, quae autographae chartae superaddita fuerant, librarii, quibusdam omissis, media in textu collocarunt, eisque novas sententias immiscuerunt. Nihil, quidem, in externis primae additionis characteribus, ut in autographo legitur, falsitatem redolet. At, cum postrema, in apographis inserta, aperte suppositicia sit, adulteratam quoque fuisse chartam, uerbis illis superadditis, credere licet. Fortasse adulteratio autographi non satis intentiones nebulonum impleuit, indeque apographis novae fraudes ingestae. Uerba similiter desinentia, (rimas lingua uernacula dicimus) in hoc monumento notentur.*

## 1096

Ego petrus abbas propter amorem sanctae et indiuiduae trinitatis facio kartam testamenti ecclesiae sanctae dei genitricis semperque uirginis mariae episcopalis sedis colimbriensi de aeclesia sancti iuliani quae est sita in septemtrionali ripa mondeci fluminis prope litus maris quae condam depopulata et destructa fuit a sarracenis et ego eam postea restauraui per iussionem consulis domni sisnandi qui clericis et laicis potestatem tribuit edificandi more hereditario ecclesias et uillas sicut a rege domno fredenando acceperat potestatem ac postea ab eiusdem filio rege domno adefonso. Et edificaui illam cum necessariis domibus et turri bona ex meis facultatibus et aliorum qui ibi propter dei amorem de suis bonis contulerunt et sub meo iure et arbitrio ibi aliquid fecerunt. omnia ad integrum concedo supradicte sedi tam ea quae sunt interius quam ea quae exterius omnia edificia siue plantationes omnes uinearum ac ceterarum arborum et terras cultas siue incultas atque omnem hereditatem quae ad eam pertinet tam prope quam longe in omnibus locis. Obtulique testamentum istud leto animo et integra uolum-

\* Hoc loco, in apographis sequentia leguntur :

Et de<sup>1</sup> hereditate<sup>2</sup> supradicte septemtrionalis<sup>3</sup> ripe que uocatur casseira et sanctus uerissimus cum suo mandamento et fontanela et tres combonas in illa uena solial solial<sup>4</sup> et sauogal et altera<sup>5</sup> inferior et una<sup>6</sup> combona<sup>6</sup> de sancto uerissimo. ab<sup>7</sup> orientem ipsius ecclesie sancti iuliani et trans flumen mondecum in australi parte ea<sup>8</sup> que dicitur laualos quam ego apprehendi hereditatiue et contuli loco supradicto in possessionem exceptis aliis que iam edificate sunt que antiquitus ex eius testamento fuerunt aut quas ibi alii homines obtulerunt quarum noticia in alio inuentario scripta est.

1 deest L. P.  
2 hereditatem L. P.  
3 septentrionalis L. P.  
4 deest L. P.

5 alteram L. P.  
6 unam combonam L. P.  
7 Ad L. P.  
8 eam L. P.

plate super altare sanctæ mariæ supradictæ sedis et in manu pariter domni cresconii eiusdem loci episcopi adstantibus totius ordinis clericis ut illis et eorum successoribus hæc prosint in aliquod corporalis adiutorium sustentationis et mihi sit pars eorumdem orationum ad abluenda peccata et regna adipiscenda beata. Si autem quilibet uir aut mulier cuiuscumque potestatis siue conditionis aut graduum dignitatis hoc factum meæ temptauerit irrumpere firmitatis non sit ei licentia per aliquod ingenium calliditatis sed pro sola presumptione quadruplum restituat eidem ecclesiæ sedis de rebus suæ facultatis omnia quæ auferre uoluerit ambitione male uolumptatis et iungatur ab ecclesia excommunicatis et a sacramento corporis et sanguinis domini separatis quamdiu perstiterit in uis pertinacia prauitatis. et hoc meum factum semper obtineat uigorem stabilitatis. Facta est hæc karta testamenti xvi<sup>mo</sup> kalendas Marcii. In era r c xxxiii. Ego supradictus petrus abbas illam propria manu obtuli roboratam hoc signum uiuificæ crucis + coram multis idoneis testibus ex quibus quorundam nomina ad confirmationem sequacium nostrorum subscribere curauimus. Quod autem superius obliuisti pretermisimus inferius subscripsimus de hereditate supradictæ septemprionalis ripæ quæ uocatur casseira ad orientem ipsius ecclesiæ sancti iuliani et trans flumen mondecum in australi parte ea que dicitur laualos ego eas apprehendi hereditatiuæ et contuli loco supradicto in possessionem exceptis aliis quæ iam edificate sunt quæ antiquitus ex eius testamento fuerunt aut quas ibi alii homines obtulerunt quarum noticia in alio inuentario scripta est. Martinus prior confirmo — Salamon prior confirmo — Iohannes presbiter conf. — Petrus presbiter conf. — Tellus presbiter conf.

Erus arcidiaconus conf. — Petrus (?) presbiter conf. — ..... presbiter conf. — Fredenandus presbiter conf. — Petrus presbiter conf.

Sisenandus diaconus conf. — Petrus diaconus conf. — Tellus subdiaconus conf. — Pelagius subdiaconus conf.

Exorciste que adfuerunt — Petrus — Iulianus — Pelagius.

Maruan menendi testis adfuit — Petrus pelagii test. — Christoforus sionis test. — Ramirus maruanis test. — Pelagius petri test.

Pelagius dictauit — Alter pelagius scripsit.

---

DCCCXXVI

*Pactum uenditionis uineae in villa Mendiga. Charta autographa, ex tabulario Laurbanensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1096 + A.

In christi nomine et eius misericordia. Hæc est cartam uendicionis quam ego bellit atiz una pariter cum uxor mea nomine eugenia tibi petrus iulianiz fecimus de uinea nostra propria quod fundata est in uilla mendicam territorio colimbrie ciuitate. uendimus tibi illa integra sano animo mente perfecta nullus quoque gentis imperio. et habet iacencia ad oriente uinea de stephanus alganam ad occidente uia publica ad setendrone uinea de gondisaluo onoriguiz. et illam uineam quam tibi uendimus concedimus tibi cum ea ingressus uel regressus eam et accepimus ex tibi lxiii<sup>or</sup> solidos argenteis in pretium. tantum fideles ex utrasque partes constituerunt et nobis bene complacuit. Ita ut de hodie die uel tempore de iure nostro abrase et in tuo dominio tradite sit uel confirmate perpetimque abiture et quod in ea uolueris fac. Siquis aliquis homo uenerit uel uenerimus tam nos quam nostris successores ad inrumpendum hunc nostrum scriptum quantum postulauerit in duplo pariat et tu perpetim habeas quod concedimus. Facta est karta uendicionis xv kalendas martii. Era r c xxxiiii.<sup>a</sup> Et ego helit una pariter cum uxor mea eugenia hanc kartam uenditionis et confirmationis manus nostras r++oborauimus et signa fecimus.

Qui preses fuerunt — Vermudo ermigiz test. — Didagu rodriguez test. — Bera monteiro test. — Adosindus leouegildiz test. — Ihoanne trastemiriz test. — Gaudinas leuidiz test. — Suario germias test.

Daniel exorciste scripsi.

---

\*\* Haec in fine apographorum omituntur.